

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 96v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 46 [Gn. 47]

[46] De iure obnoxii in successionibus in bonis.

Ubi alicuius monasterii obnoxius suam penam demeruerit, hoc sunt xxx solidi, obnoxius bene potest bona sua resignare et iterum suscipere et dare, cui placet, contradicione qualibet non obstante, quod [s] propriis laboribus aquisivit. Ubi obnoxius suo domino suum censum subtraxerit, pro eo demeretur tria talenta. Quicquid obnoxius criminalis cause commiserit, pro eo nullius queret iudicium nisi domini advocati. Quando moritur obnoxius, extunc suo advocato oportet dare denarios obnoxietatis et meliorem equm, quem habet. Idem oportet facere sacerdotem suo archipresbitero, dum moritur, tunc sibi dare oportet [/] suum meliorem equm.

[hasła: mnich, zakonnik, klasztor, sprzeciw, przestępstwo, sąd, wójt, arcybiskup, koń]